

24. M

Nicandri theriaca et alexipharmaca, cum scholiis graecis.

Cod. chart. ⁴⁰ 37 foliorum in 4. saec. 15. exeunte exaratus. Quos Schneiderus in praef. alexipharmacorum p. XV discernit codices, Dresdensem et Matthaeianum, ei unus idemque sunt, nec diversi a nostro.

Matthaei nr. 27. Regia D 159. Falkenstein p. 245.

25.

Dionysii periegesis, cum paraphrasi graeca et scholiis graecis interlinearibus.

Cod. chart. 41 foliorum in 4., cujus folia 1—13 et 38—41 saeculo 15., cetera saec. 16. sunt exarata.

Matthaei nr. 28. Regia D 175. Falkenstein p. 245.

26. M

Oppiani Halieuticorum libri V, sed mutili; desunt enim libri I. v. 413—592 et libri V. v. 658—680. Accedunt scholia graeca interlinearia et marginalia.

Cod. chart. 113 foliorum in 4. min. saec. 15. ineunte scriptus. Fuit quondam monasterii Iberorum montis Athonis. Lectiones conspirant cum illis, quas Schneiderus in edit. anni 1813 dedit ex eo codice, quem Mosquensem vocat.

Matthaei nr. 22. Regia D 182. Falkenstein p. 238 seq.

27. b.

Oppiani Halieuticorum libri III priores, cum scholiis graecis interlinearibus et marginalibus. Praecedunt vita Oppiani et *στίχοι* Tzetzae.

Cod. chart. 75 foliorum in 4. saec. 15. a Joanne quodam exaratus. Alia manu saec. 16. in fine subscriptum est constituisse eum sex aureis. Fuit deinceps F. Sylburgii et Cr. Rittershusii (cujus conferatur editio L. B. 1597) et ad Regiam bibl. accessit e bibl. Ch. Gli. Schwarzii, prof. Altorf. (catalog. t. II p. 8) pretio 6 florenorum.

Elect. 543^b. Regia D 184. Falkenstein p. 239.

28.

J. Tzetzae τὰ πρὸ Ὀμήρου καὶ τὰ Ὀμήρου καὶ τὰ μεθ' Ὀμήρου ἐν συντόμῳ ἐκδοθέντα.

Cod. chart. 51 foliorum in 4. a G. F. Thryllitzschio exaratus notisque illustratus. Cf. Neuer Bücher-Saal Th. 5 Oeffn. 58. Leipz. 1716. 8. p. 785. Emtus est e bibl. Bergeriana (complex. mss. 1753. p. 14 nr. 86; Archiv. Biblioth. vol. 273, litt. k, nr. 11).

Elect. 547^d. Regia D 165. Falkenstein p. 245.

Katalog der Dresdner Handschriften. I.